

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Quarta etas mundi

Genua ligurum domina et regina. quas etiam Ianuam dicimus ytalie vrbs celeberrima in ligustici maris litore a quodam Benuo saturni regis filio condita et cognominata dicitur. Alij vt paulus perusinus hystoricus a genuino phetontis socio ob nauis maris in litore relicto cum parte nauium custode qui iunctus accolis loci siluestribus hominibus oppidum condidit: et genuam ex suo nomine nuncupauit. Alij quoque a Jano ytalorum rege et post troyanam cladem ampliata ubi Jani bifrontis ydolum primo coli ceptum est cuius sigilli inscriptio sic haberi dicitur. **D**iffusus ut has angit: sic hos ianua frangit. Quidam tamen ante belli punici tempora nullam eius vrbs mentionem haberi dicunt. **L**uius autem eius incrementum habuisse dicit **L**ucretio prorogatum imperium vt genuam oppidum a magone peno destructum exedificaret. Postquam tempora liguribus genuensibusque amiciozibus vis fuerunt. quibus quousque copie variaque bello vsui futura mitterentur. **M**erito oportuna fuisse videtur genua loci natura tunc etiam portuosa. **E**am **K**arolus magnus imperator pipinusque filius rex ytalie et successores franci reges per annos circiter centum summa cum iusticia et humanitate sicuti et ceteras ytalie vrbes gubernarunt ducibus illi admistrande qui comites appellarentur prefectis. **H**ec plane ciuitas totius ligustici sinus emporium est

Que a quadringentis annis citra (cum ante haud magnum oppidum fuerit) maximum habuit incrementum. **U**nde et ingentes nacta vires et portu edibusque superbissimis ac reliquis in omni genere ornamentis nunc vsque praeter venetias ceteras ytalie maritimas vrbes superat. **Q**ueque et naualis belli peritia adeo excellit: vt annos multos maris imperio potiretur et piratarum abstulerit latrocinia. **P**ost karolum vero magnum et filios plurimam ciuium sustinuit tyrannidem. **P**ropter quod et peregrinos dominos sibi superinducere aliquando necesse habuit que ciuilibus agitata discordijs memoria nostra imperium maris amisit eius enim creberrimas mutationes et oriens simul et occidens admiratur que sic auxilio et consilio destituta imperium eius longe lateque diffusum pene exhaustum est. **P**eras enim vrbs **C**onstantinopoli oppositam. **M**itlenam insulam. **F**amagustam vrbs totius **C**iprie insule columen. **C**hium insulam: aliasque grecanicasque vrbes plurimas a thurcis: aliisque gentibus ablatas deperdidit vel tributarias fecit. **C**aput etiam eius colonia in thaurico **C**heroneso non procul a bosphoro cymerico amisit. **O**mnis autem hec ciuitas **G**enua maxime cineribus paucis foris domini. **E**t cathino quodam **S**maragdino impreciabili quem tradunt illum fuisse in quo dominus iesus xpus agnum paschalem in cena domini cum apostolis suis comedit.

GENVA

